DE DISCENDI ORDINE CONSILIUM

Matthaeus Dresser

DE DIS-
CENDI ORDINE
CONSI-
LIUM.

MATTHÆI DRES-
SERI.

ANNO

M. D CXI.

NOBILISSIMIS ADOLESCENTIBUS Sebastiano, & Ioanni Christophoro à Rotenburg, agnatis in Beutnitz, Drenavu, Netka, Geren &c. in studiis humanitatis, & literarum versantibus Vvitembergæ, S. P. dicit.

Matthæus Dresserus.

CUM Parisiensem academiam fundasset Carolus Magnus, & Privilegiis, Stipendiisque nunivisset, adolescentes tam nobiles genere, quam aliàs honesto loco natos in disciplinam publicorum professorum, Clementis Scoti, & Vualdi germani tradidit, ut ad usus communes in ecclesia & politia instruerentur.

 Nec

Nec vero, perinde ut faber extructæ domus, ſic ille conſtitutę ſemel à ſe academiæ curam abiecit, ſed benignè eam in omne tempus fovit, inviſit, & quibuscunq; potuit rebus auxit. Aliquando hos alumnos ſuos ad ſe accerſivit, & progreſſum eorum in literis exploravit, ſcripta ſoluta, & numeris aſtricta inſpexit, et quid de ſingulis ſentiret, voce & geſtu declaravit. Ac nobiles quidem à ſiniſtra, pauperes verò à dextra ſtatuit. In primis verò converſus ad egenos, qui omne ſtudium ſuum in doctrina collocârant, diligentiam eorum magnis laudibus extulit: Vos inquiens, mandato meo obſecuti omni mente & cogitatione in li-

teras incubuiſtis. Agite ergo, præmia induſtriæ veſtræ conſequemini: Erigam enim & extollam vos, honoribusq́ue & opibus augebo: alios epiſcopos, alios conſiliarios in aulâ meâ faciam. Deinde nobiles à ſiniſtra, q voluptatibus magis, quam literis dediti fuerant, appellavit per iram: vos duri, inquiens, & perverſi, qui opibus, & imaginibus a parentibus acceptis nitimini, ignominia affeciſtis Cæſaream maieſtatem, mandatumq́ue ipſius neglexiſtis: DEVM teſtor, niſi mores emendaveritis, à me nil niſi indignationem, & pœſtro expectabitis, vt cæteri venam exemplo corrigantur. Dignum vero Carolo magno factum, quod declarat eum in oc-

cupationibꝰ ſum̃is partem curæ & cogitationis ſuæ ad ſtudia & diſciplinas contuliſſe. Quod tametſi ad imitandũ expoſitum eſt omnibus: Fit tamen, neſcio q̊modo, vt paucos admodum inveniat æmulos. Vix enim ſingulæ ætates ſingula exempla ſuppeditant. Sed omiſſis reliquis vnum præter cætera eximium & ſingulare gentis Sileſiæ attingam. Vixit noſtra memoria princeps optimus, maximeq́; ſalutaris Georgius Secundus Lignicenſis & Bregenſis dux, qui cum alijs multis virtutibus ac beneficijs in patriam floruit, tum literarum etiam ac religionis doctrinam præcipuo quodam & admirabili amore complexꝰ eſt,

ornavit

ornavit, & auxit. Ludum ſumtibus magnis aperuit, quem pietatis, omnisq́ doctrinæ liberalis officinam eſſe volebat. Nec ſpes quam in eo poſuerat, eũ fruſtrata eſt. Effectum eſt enim divina benignitate, ipſius vero curâ, inſpectione, & vigilantiâ incredibili, ut liberalibus ſtudiis, optimisq́ exercitationibus ludus ille afflueret, innumeriq́ inde prodirent, quorum opera vſui magno eccleſiæ & reipublicæ eſſe poſſet. Nec doctrinæ ſolum cuſtos diligens gubernatorq́ ille erat, ſed invidiæ etiam tempeſtatem, odiiq́ acerbitatem, quæ conatibus eius optimis obſtabat, animo magno propulſabat, & à ſe conſtitutam ſcholam defendebat.

Nec iniuriâ. Quam enim in amore ac delicijs habebat, theſaurumq́; ſuum nominare non verebatur, in ea tuenda, amplificandaq́; maximam partem curarum, cogitationumq́; ſuarum non immeritò conſumebat. Itaque non pudebat eum ſæpius cum illuſtriſsimis filijs ſuis ludũ intrare, operas docentium & diſcentium inſpectare, quid quiſq; ageret, quemadmodum viveret, aut ꝓficeret, inquirere. Tum, ut plus authoritatis, atq; firmamẽti haberet diſciplina, intereſſe etiam iudicijs ſcholaſtici fori ſolebat, & quantam voluptatem ex actionibus fabularum caperet, præſentiâ ſuâ declarabat. Quin Caroli magni etiam exemplo nominatim quoſdam appella-

bat, officij commonefaciebat, & ad ſtudium profeſsione ſuâ dignum hortabatur. Auditæ ſunt ſępenumero querelę eius graves de negligentia q̊rundam in ſuſcepti officij munere. Nec deſtitit admonere pædagogos nobilium præſertim adoleſcentum, ut quantus theſaurus ipſis concreditus eſſet, ſedulo cogitarent, totaq; mente in eam curam incumberent, ut rationem reddere Ieſu Chriſto, animarum noſtrarum redemtori poſſent. Hæ & complures eiuſmodi voces, non diſsimiles Caroli Magni ſermonibus, teſtes curæ, & amoris abundantiæ, quem in ſcolam ſuam habuit, eſſe poſſunt. Vt autem Caroli Magni factum fama atq; omnium ſermone me

rito celebratur; ſic laus etiam habenda eſt Georgio duci, qui non minori beneficentia, & ſolicitudine ſcholam à ſe fundatam, quam Carolus Magnus Academiam Pariſienſem, fovit.

Etſi autem iure & merito tunc in nobiles invehens Carolus de eorum inertia queſtus eſt: inventi tamen ſunt ſuperioribus ſeculis, & adhuc hodie reperiuntur equeſtri loco nati; qui non ſolum ingenij magnitudine excellunt, ſed doctrina etiam ſapientiaq́; alios ante ire ſtudent. Horum in omni genere ac varietate munerum huius vitæ mirificus, & excellens uſus eſt. Nam in aulis principum eminent propter induſtriam, in conſilijs propter prudentiam, & in

magnarum rerum trac
propter eloquentiam. (
re exempla ex omni fer
quitate proferri possent.
proxima videbimus. V
pernobilis est familia Ro
gia in Silesia, quę utriq; v
ortum incrementumq;
Hæc quot, & quàm præcl
ruditos viros tulit? Non e
cesse id usq; à capite arce
Vigent hodie, & florent
Rotenpurgij eximia laud
tutis, & sapientiæ præst
parens tuus, Sebastiane,
stophorus à Rotenpurg
principis Electoris Brand
gici consiliarius est, & Cr
præses. Et Nicolaus à Rot
purg, tuus in primis agnatus
Ioannes Christophore, cuius
Consi-

o, fide, induſtria, & ſapi-
uo ſummi principes Ele-
Saxoniæ & Brandepur-
ntur. Hic in Academia pri
Vvitebergica annis ſex
a doctrinæ coluit, & ab ini
tatis ingenij atq; induſtriæ
menta dedit. Poſt Italiam,
alliam adijt, ac in exteris aca
ijs, rebusq́; publicis doctri-
c ſapientiæ adiumenta quę-
. Ad hæc tandem rerum u-
adiunxit. Vnde eximium il
et ſingulare, quod videmus,
tit, ut in tractatione maxima
rerum in aulis ſummorum
cipum integre utiliterq́; ver
r.

Vtriuſq; veſtigia vos perſe-
uimini, Sebaſtiane, & Ioannes
Chriſtophore, & eodem mo-
do

do ex literarum & ſapi   o-
ctrina laudem quæriti   ueo
enim in academia ea,q   octri
næ & ſapientiæ eſt of   a, vi-
vitis, & præceptore ad compa-
randum tantum decus maxime
idoneo utimini, Melchiore Ger
lachio, qui & naturæ habitu mo
deratus eſt, & ſcientiam earum
artium habet, quibus prima æ-
tas conformari ad cognoſcen-
dam religionem veram, ad acu-
endam ingenij aciem, & ad intel
ligendum, iudicandumq́ civilia
officia ſolet. Ad huius igitur
Magiſtri ductum ſi vos, quem-
admodum confido, applicave-
ritis, ad eaq́, quæ docet ille, ani-
mos attenderitis, progreſſus in
ſtudijs facietis expectatione pa-
rentum dignos, & cognatorum
veſtro-

, vobis deniq; ipsis, ian atriæ salutares. Sustin expectationem magnam rię paternę,& agnatæ, qu lere non sine dedecore, tueri vero, aut vincere cum laude vestra,& familiæ amplissimæ poteritis. Vincetis autem facilius, si personare aures vestras putaveritis Caroli illius Magni vocibus, quibus olim studiosos Parisiensis Academiæ appellavit,& industrijs quidem nauisq; honores & præmia spopondit, ignaris vero atq; inertibus ignominiam,& pœnas minatus est.

Quanquam autem vos satis paratos animos habere confido ad ea studia, in quæ naturæ quadam inclinatione propendetis,

& co

& cohortatione parentum, ac præceptoris incitamini: nihil tamen alienum ab officio me facturum existimavi, si meam vocem, tanquam acclamationem cum assiduis vocibus præceptoris coniungerem, & probare mihi rationem discendi, quam tenetis ostenderem. Hanc enim intelligo nulla in parte dissentire ab ea institutione, quam ego semper secutus sum, & adhuc probo. Cuius quidem capita et seriem, cum non ita pridem studiosis tradiderim, placuit vobis ea inscribere, ut in vestro nomine apparerent; et testimonium de consensu doctrinæ inter præceptorem, et me, darent.

Cum autem duo sint hominum genera, qui de scriptis alio-

rum

rum iudicare ſoleant, ſapientum unum, alterum ſciolorum: nihil mirabor, ſi neutris ſatisfeciſſe in hoc ſcripto meo viſus fuero. Sapientes etenim ſat ſcio, multò ſolidiora deſiderare ab his, qui recta via ad eruditionem ſolidam contendunt. Indocti vero plura multo à me poſtulari in hoc diſcendi ordine clamitabũt, quam mores & tempora hæc, in quæ ætas noſtra incidit, ferunt. Neq; enim tantâ curâ legendos eſſe authores, dicent, neq; operæ tantum in oratorijs exercitationibus ponendum putabunt: ſed vel primoribus labris guſtaſſe hæc ſtudia ſatis habebunt, ut maturè ad diſciplinas ſuperiores, Theologiam, Iuriſprudentiam, Medicinam perveniatur.

Vtriq; parti respondebo, quantum quidem angustia, cui me inclusum esse sentio, patitur. Non ita sunt in hoc tempore adolescentes studijs doctrinisq; dediti, ut diu velint in artium eloquentiæq; exercitationibus versari, sed sine mora, eo quo intendunt; hoc est, vel ad ius civile, vel ad Theologiam, vel ad Medicinam maturè cupiunt transcurrere. Itaq; neq; præcepta alia, neq; ordo studiorum alius his præscribi potest quàm qui celeriter ad id, quod plerisq; propositum est, ferre, deducereq; potest. Frustra his præcipitur, ut totus legatur Cicero; nequicquam postulatur, ut omnes evolvantur authores latini & græci. Ad disciplinas pleriq;

properant eas, quæ ad cultum & ad victum ſuppeditant. Si qui verò honoribus ita amplis, fortuniſq; magnis ſunt, ut ex literis victum non quærant, hi fere & ipſi elmentis primarum artium, & latinæ lingue quadam facultate contenti ſunt, fontes vero ipſos raro attingunt.

Hæc igitur cum ita ſe habeant, quid facere me decet aliud, quam ut eas vias tradam, quas aſſequi, aut tenere diſcipuli poſſint? Meliora quidem & ſolidiora præcipere animus meus geſtit, atq; exigit etiam vera ſtudiorum ratio. At vetant mores, nec ſinunt tempora. Vix ac ne vix quidem hæc ipſa, quæ hoc ſcripto brevi complexus ſum, inculcari ſtudioſis poſſunt, nedum

gran-

grandiora illa, quæ ſapientibus placent. Atq; hæc ipſa etiam ratio me excuſare debebit lectoribus, ut in iudicando æquitatem adhibeant.

De vobis verò, adoleſcentes nobiliſsimi, nihil prorſus dubito, quin animis lubentibus hoc parvum opuſculum accepturi ſitis, ordineq; eo, quo cepiſtis in ſtudijs progreſſuri, ut parentū, & agnatorum virtutem, eruditionemq; veſtigijs conſequamini, vel certè voluntate accedatis proximè. Tu verò, Melchior Gerlachi, ut præſtantiſs. parentibus ſtudium meū hoc exiguum quidem, ſed bono conſilio ſuſceptum, & cum tuis quotidianis vocibus congruens, ſic probes, oro, ut in nullam partem malam rapiatur. Vale Lipſ. Cal. Sept. Anno 90.

DE DISCENDI ORDINE.

Senecæ dictum.

VERA EST ET crebris ſermonibus uſurpanda Senecæ querela: Neceſſaria ignoramus: quia non neceſſaria didicimus. Neceſſaria igitur qui ſcire deſiderat, neceſſaria à primis annis diſcat neceſſe eſt. Quicunq; autem cupiditate diſcendi neceſſaria tenetur, eum in diſcendo ordinem certum ſequi oportet. Caput enim negocij eſt, quid, quoq; tempore agendum ſit, noſſe.

Ordinis uſus in ſtudijs Triplex.

Eſt ergò ordinis uſus in ſtudijs literarum longè uberrimus: Primum etenim quaſi quidam dux eſt & moderator ſtudioſorum, monſtrans quid, quando & quomodo legendum, audiendum, diſcendũ, ſcribendumue ſit. Deinde diſtinguit res agendas, et neceſſarias maximè,

ximè, â minus necessarijs discernit. Tum specie & pulcritudine sua allicit & mouet animum, ut in proposito susceptoq́ꝫ cursu discendi perseueret, nec fastidio aut satietate aliqua abalienetur.

De hoc usu ordinis præclarè concionatur Xenophon in Oeconomico, longa inductione confirmans, nihil eo neq́ꝫ ad usum ipsum esse commodius, neq́ꝫ ad speciem pulcrius. Et Herodotus in Vrania ait: ἅτε τῶν μὲν ἑλλήνων σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν, τῶν δὲ βαρβάρων οὐ τεταγμένων, ἔτι οὔτε σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδέν. Id est, Græci quidem ordinem in pugnando seruabant, barbari verò omnia sine ordine et sine mente faciebant. Ex quo sanè facilè intelligi potest, prudentis esse ordine agere, barbari verò temerè & confusè. Quod igitur præceptum S. Paulus dat Ecclesiæ, vt in ea decenter et ordine omnia fiant: idem sibi quoq́ꝫ præscriptum putent li-

Testimonium Xenoph. & Herodoti.

terarum ſtudioſi, & velut Symbo-
lum in ore & animo habeant hanc
regulam ſemper, πάντα κατὰ τάξιν, Id
eſt, cuncta ſecundum ordinem: Si
Symbolum ſtudioſi. enim nulla res eſt, quæ ordinem de-
ſiderat: Doctrinæ cultus atq; pro-
feſsio ſingularem curam tuendi or-
dinis requirit: Vt quicquid ſuſci-
pimus, quicquid agimus, quocunq;
aſpicimus, ordine procedendum
Ordo 3. cauſas complectitur. eſſe meminerimus. Ordo autem
in omni re tria complectitur, cau-
ſam efficientem, formam & finem.
Primum enim quod ordine fieri
debet, certo conſilio & animi pro
poſito inſtitui oportet: Vt iure pri
mum locum in ordine ſibi vendi-
cet προαίρεσις, verum animi iudici-
um, ſiue propoſitum cum volunta
Efficiens cauſa eſt DEVS & firmũ propoſitum bonum. tis conſtantia. Vt autem iudicium
humanæ mentis nullum eſt ſaluta-
re, niſi diuinitus ſuſcitetur atq; re-
gatur: Sic in ſtudijs literarum eti-
am propoſitum omni à Deo inſtil
lari atq; gubernari oportet. Vt
noſtræ

nostræ mentes atq; volũtates cum divino consilio atq; ordine consentiant. Inde igitur duæ partes in hac Efficiente causa considerandę sunt, Divina voluntas, & humana προαίρεσις. Forma verò ordinis modum incipiendi, & rationem progrediendi omnẽ comprehendit: Vt quid quoq; tempore legendum, audiendum, faciendumue sit, certò scias. Finis est doctrinæ vtilis cognitio atq; perceptio grata in primis Deo, nobis vero ipsis, Ecclesiæ & Reipub. salutaris. Atq; in his tribus vniuersa ordinis ratio atq; vsus consistit. Itaq; de singulis deinceps dicendum est.

Forma ordinis.

Finis.

Primum omnium studiosus literarum in conspectu suo ponat voluntatem Dei, ut certò Dei consilio se vocatum esse meminerit, ordinatum, atq; destinatum ad hoc ipsum discendarum literarum munus: Vt non sine scelere atq; offensa numinis illud deserere aut

Mandatum.

negligere poſsit, niſi ingenium forte deeſſe ſibi, aut animum ad aliud vitæ genus magis inclinare ſentiat: Aut DEVS ipſe, parentes, propinqui, patroni â gymnaſio ad politicam vel œconomicam curam tractationemq́; auocent. Non enim parum intereſt, quo animo quauè mente in ſuſcepto officio verſeris. Alacrior vtiq́; eſt ad exequendum omnes partes ſui muneris, qui diuinitus ſe collocatum in eo meminit, & diuino mandato quicquid agit, efficere ſe ſtatuit. Quod enim mandato Dei fit, firmiore atq́; alacriore animo geritur quam quod temerè aut hæſitante conſcientia ſuſcipitur. Maiꝰ quoq́; ſolatium inde capitur, cum cogitationum fluctus aliquis ingruit, qui [illegible] ullo ſtudioſorum De[illegible] d ſpem f[illegible] exci[illegible] te, or[illegible] colere [illegible] literas

literas certum habemus. Ita enim de successu in studijs atq; euentu, quoquomodo sese res nostræ dēt, polliceri nobis prolixius possumus. Quoniam verò absq; diuina ope omnis noster conatus inanis est atq; irritus: addere oportet crebra vota atq; suspiria ad DEVM, vt quod cœpit in nobis boni, id pro sua voluntate atq; bonitate etiam perficiat. Ac prodest ex Psalmo 143. hæc verba in animo & ore habere: DOCE ME, O DEVS, FACERE VOLVNTATEM TVAM, QVIA DEVS MEVS ES: SPIRITVS TVVS BONVS DEDVCAT ME IN VIAM RECTAM. Neq; id solum, sed ad curam asiduitatemq; maiorem in suscepto studiorum cursu eadem cogitatio studiosum excitare debet. Si enim parentum, magistratus, principum mandata exequi studiosè, fideliterq; oportet: quanta tandem cura diligentiaq; DEI ipsius mandato obedire

Asiduitatem auget.

negligere posſit, niſi ingenium fortè deeſſe ſibi, aut animum ad aliud vitæ genus magis inclinare ſentiat: Aut DEVS ipſe, parentes, propinqui, patroni â gymnaſio ad politicam vel œconomicam curam tractationemq́ auocent. Non enim parum intereſt, quo animo quauè mente in ſuſcepto officio verſeris. Alacrior vtiq́ eſt ad exequendum omnes partes ſui muneris, qui diuinitus ſe collocatum in eo meminit, & diuino mandato quicquid agit, efficere ſe ſtatuit. Quod enim mandato Dei fit, firmiore atq́ alacriore animo geritur quam quod temerè aut hæſitante conſcientia ſuſcipitur. Maiꝰ quoq́ ſolatium inde capitur, cum cogitationum fluctus aliquis ingruit, qui abeſſe â nullo ſtudioſorum penitus ſolet. Tum ad ſpem fructus vberioris hæc ratio excitat: cum Deo ſciente, volente, ordinante ac mandante nos colere

literas certum habemus. Ita enim de successu in studijs atque euentu, quoquomodo sese res nostræ dēt, polliceri nobis prolixius possumus. Quoniam verò absque diuina ope omnis noster conatus inanis est atque irritus: addere oportet crebra vota atque suspiria ad DEVM, vt quod cœpit in nobis boni, id pro sua voluntate atque bonitate etiam perficiat. Ac prodest ex Psalmo 143. hæc verba in animo & ore habere: DOCE ME, O DEVS, FACERE VOLVNTATEM TVAM, QVIA DEVS MEVS ES: SPIRITVS TVVS BONVS DEDVCAT ME IN VIAM RECTAM. Neque id solum, sed ad curam asiduitatemque maiorem in suscepto studiorum cursu eadem cogitatio studiosum excitare debet. Si enim parentum, magistratus, principum mandata exequi studiosè, fideliterque oportet: quanta tandem cura diligentiaque DEI ipsius mandato obedire

Aßiduitatem auget.

bedire conuenit: Væ inquit scriptura ei, qui op9 Domini negligenter fecerit. Non est igitur dubium pœnas graves à Deo impendere omnibus, qui ad literarum cultum vocati, literas non studiosè discunt atq; tractant. Hæc comminatio diuina in conspectu sit studiosis semper, vt impelli se seuerissimo Dei mandato ad legendum, audiendũ, scribendum cogitent, nec prætermittere se vllam partem sui muneris posse statuant absq; diuini numinis ira & pœnæ metu. Quemadmodum enim D. Hieronymus vocem Christi vocantis ad iudicium semper sonare in auribus suis existimauit: Sic studiosus sibi persuadeat, omni tempore se audire hãc vocem diuinam: REDDE RATIONEM MANDATI MVNERIS. Talis enim cogitatio curam faciendi officij acuit & auget: Tum ad uitandam ignauiam, declinandũq; luxum & alias corruptelarum illece-

Pœna ignavorum studiosorum.

Hieronimi dictum.

Vox de reddenda ratione studiorũ semper aures circumsonet.

lecebras incendit. Post manc[illegible]m diuinum animi firmitas, atq; [illegible]i stantia adhibenda est, vt men[illegible]s cendi, legendi, audiendiq́; de[illegible]a tione ducatur. Talis enim πρ[illegible]υμία καὶ φιλομάθεια, animi alacri[illegible]s, ac discendi cupiditas ad do[illegible]rinam percipiendam mirificè in flāmat. Hesiodus certè primas illi tribuit in quouis opere efficiundo, cum inquit: εὐθυμοσύνη ἀρίστη θνητοῖς ἀνθρώποις, κακοθυμοσύνη δὲ κακίστη: Animus paratus & alacer optimus est mortalibus hominibus, pessima verò incuria. Et Xenophon lib: 1. παιδείας κύρου: τὸ πᾶν διαφέρει ἐν παντὶ ἔργῳ προθυμία ἀθυμίας, in quouis negocio efficiundo alacritas melior est, quam animi demissio. Quod cùm ita sit, sciant studiosi excitandam sibi esse curam & animaduersionem, sciant, vt ad studia sint animo hilari & promto, nec ex re vlla voluptatem maiorem quam ex Musarum commercio atq; consuetudine

Anim[...] promtu[...] & alac[...]

Hesiodus B. ἔργων κ[...] ἡμερῶ[...]

Xenophon.

tudine

Preces ... capiant. Et quia hæc ipsa ...iscendi cupiditas DEI do..., preces sedulò adhibeant ...o, vt ipse auiditatem per...dæ doctrinæ vtilis & salu...fundat mentibus, nec fasti... aut segnitiem vllam obrepe...at. Ad hanc curam suscipiendam & alendam non incommodè verius pronunciari poterit:

Constantia. Fac DEVS in nobis, quod facis, esse ratum. Cum precibus coniungenda est constantia, & in audiendo, legendo, exercendoque stabilis permansio. Nisi enim adsit perseuerantia, facile animus de via declinat ad ocium ignauum, vel ad helluationem, vel ad alias voluptates blandissimas, quæ sensim studium literarum, ardoremque omnē extinguunt. Mirifica est in hoc genere astutia satanæ, & incredibilis vigilantia. Primum dat operam, vt satietatem, fastidiumque discentibus afferat, vt nihil aut parum referre

Fastidiū ... primus ... ad

exısti-

existiment, frequent[illegible] o- *interitum* nes, an negligant, c[illegible] ne ἀψικο- an deserant. Et hic es[illegible] gra- ρίας d9 ad interitum, quan[illegible] liosus satietate quadam def[illegible] e horis suis legitimis aliq̃d re[illegible] it. Hoc aditu graduq; iacto, mox studiorũ hostis aliam aggreditur ad decipiendum viam. Inserit enim opinio- φιλοδοξία ἢ φι- nem specie pulcerrimam, quasi λαυτία. absq; doctrina præceptorum publica posit id assequi atq; perficere quod animo intenderit. Hinc defectio oritur â pub. lectionibus. Ἀταξία; Quã vbi effecit Satanas, non multò post â priuato studio animum abducit, & confusionem importat, vt vel nihil agas, vel non neces- *Conten-* saria agas. Quin odium etiam atq; *tus præ-* contemtum præceptorum instil- *ceptorũ* lare discentium animis idem solet, vt sibi persuadeant se suo marte plus proficere posse, quàm per aliorum longas prælectiones. Hinc ergo despicere publicos præce-

ptores

... t, & eorum autoꝛ
i ... ne & verbis exteꝛ
n ... naximè audiendos
p ... essores censeant,
iu ... ; arbitratu eligant,
qu ... & sequantur, paꝛ
rum ... rantes, qua via aut
methodo doctrina tractetur, &
ex necessarijs quid maximè necesꝛ
sarium sit, ac præponendum. Ex
quibus omnibus tandem id illis
vsu venit, quod Seneca dixit, vt ne
cessaria ignorent, quia non necesꝛ
saria discere student. Contra has
studiorũ pestes muniendi sunt stuꝛ
diosi, quoad eius fieri potest, & ita
velut è sublimi concionandum est,
vt inprimis magna cura constantiꝛ
am in rectis studijs adhibendam
& illecebras quas recensui sedulò
vitandas sibi esse statuant. Ad oꝛ
cium enim, voluptates, & libidiꝛ
nes â labore omnes sumus procliꝛ
ues. Simul ac igitur â curriculo siꝛ
ne ordine legitimo deflexeris, in
has

Remedia cõtra studiorũ pestes.

1. προαί- ρεσις, id est firmũ propositum.

has ſpinas ſentesq́ incides. Opi-
nioni vero quæ Præceptorum pu-
blicorum doctrina minuitur atq́
extenuatur, opponenda eſt Plu-
tarchi ſententia, qui diſertè affir-
mat, fieri non poſſe, vt ſine voce
docentis doctrina rectè percipia-
tur. Sic enim ait: τῇ παιδείᾳ καὶ ἀρετῇ
μία λαβὰ τὰ ὦτα τῶν νέων ἐστί. Aures
iuniorum ſunt vnica anſa ſiue ma-
nus ad apprehendendum diſcipli-
nam ac virtutem. Notum eſt etiam
quid Cicero ſcribat: Certè in lib.
7. Epiſtolarum familiarum Epi-
ſtola 19. cenſet nullam artem lite-
ris ſine interprete, & ſine aliqua
exercitatione percipi poſſe. Etſi
autem priuata lectio & meditatio
multum etiam prodeſt: viuæ ta-
men vocis maior eſt ſemper effica-
citas, ſecundum Ciceronis dictum:
ζώσης φωνῆς μείζων ἐστὶν ἐνέργεια. Con-
trarium habet Gal. in 1. lib. de
alimentorum facultatibus, & cer-
tum eſt quod idem Cicero monet

Neceſſitas audiendi præceptores confirmata Plutarchi & Ciceronis teſtimonio.

Viuæ vocis efficacitas.

iunio-

iuniores propter imperitiam sibi consulere satis non posse, & iccirco seniorum consilio atq; prudentia constituendos esse. Quod etiã confirmat Galenus lib. 1. de alimentorum facultatibus, rectè illud, inquiens, dici videtur: optimam esse doctrinam quæ viua voce traditur. Ac si forte fieri posSit, vt suo marte tantùm, vel plus etiã proficiat studiosus, quantùm ex publicis scholis commodi capit:

Causa cur audiendi sunt præceptores.

Tamen audiendi sunt præceptores, vt docendi ratio recta & via ab ijs discatur, & maturo eorum iudicio, immaturum iuuentutis iudicium conformetur. Falluntur enim iuniores si sapientiæ vllam partẽ sibi arrogent, vtpote quàm non sinit natura, in iuueniles mentes cadere.

Menandri dictũ contra fastum iuniorum.

Ex quo rectè Menander dixit de iuuene, ἐδόκουν μὲν νέος ὤν, ἐφρόνουν δ᾽ οὐδέν, videbar mihi quidem sapere, cum iuuenis essem, sapiebam nihil.

Neq;

Neq; pestis est ulla tam detestabilis studiosorum, quam eiusmodi opinio, vt αὐτοδίδακτοι, à seipsis edocti esse malint, quam aliorum discipuli, αὐτόματοι, sua sponte enati quam ab aliis producti aut instituti, ἐνθουσιασταὶ, numine afflati, vel diuinitus eruditi, quam ab hominibus perpoliti, quod Plato in Theæteto scribit. Dignissimum etiam est studiosorum memoria Biantis dictum, quod apud Laërtium extat: οἴησις ἐγκοπὴ προκοπῆς, opinio impedimentum est progressionis in discendo. Et Nasianzenus ait, se sæpius cum lacrymis hoc ipsum deplorasse, quod opinionis error progressum impediat: Nec injuriâ. Qui enim scire se opinatur quod nescit, curam discendi omnem abiicit. A contemtu autem & odio præceptorum arcere potest & debet meditatio mandati divini, quod alligat discipulos præceptoribus, juvenes

Platonis testimonium.

Biantis dictum.

Nasianzeni exemplum.

Remedium contemtui præceptorum opponendũ.

Senioribus, non minus quam liberos parentibus. Quicunque ergo præceptorem cõtemnit, in Deum ipsum impius est, & pœnas quas quartũ decalogi præceptum contumacibus minatur, sibi accersit. Sic itaque inducendi sunt animi studiosorum, ut amorem se debere statuant docentibus ex mandato divino. Nec posse se quicquam rectè & solidè discere arbitrentur, nisi tota mente & omni animo præceptorem intueantur, ab eo pendeant, ad ductum eius sese applicent, & similes illi quoad eius fieri potest, evadere conentur. Satanæ hoc munus est proprium, ut alienet animos studiosorum à præceptoribus. Hoc enim pacto facilè obtinet, quod sibi unicè proposuit, ut doctrinæ perceptionem omnem impediat. Vt enim spes bono de medico concepta ad recuperandam sanitatem quasi quidam aditus est; ita ad doctrinam paran-

Alienatio à præceptore Satanæ instinctu suscitatur.

Simile de medico.

parandam via est & præparatio magna stabilis benevolentiæ fiducia. Ac ut menbrorum corporis humani, venarum & arteriarum naturalis amicitia est, quæ à græcis συμπάθεια appellatur: Sic inter præceptorem & discipulum sit mutuus amor necesse est, ut alter docendi, alter verò discendi cupiditate ardeat. Quemadmodum autem συμπάθεια communicat, congregat, atq; conservat, Sic ἀντιπάθεια distrahit, divellit atq; destruit. Vbi ergo animorum & voluntatum est conjunctio inter docentem & discentem, ibi facilè doctrina in mentibus inhæret, & radices agit. Cum verò dissidet animus discipuli à præceptote, disciplina nulla frugifera atq; fructuosa esse potest. Adferant igitur studiosi oportet animos ad audiendum & discendum dociles, optimeq; sibi de docente polliceantur. Vt cum voluptate & ardore quodam au-

Aliud simile de menbris humani corporis.

 dire

dire illum poſsint. Tum demum fructus laborum ſuorum uberes diuturnoſq́; capient. Exempla qui ſequi vult, ab Ariſtotele ſumat, qui Platonem audiuit quinq; annos. Et recentiore memoria laudi ſibi quiſq́; ferè duxit totos annos 4.5.6.8.10. & amplius audiſſe docentem Philippum. Quid hoc tempore fiat, ipſi teſtes eſſe omnes poteſtis. Videtis enim plerumq; frequentes adeſſe auditores, cum prę lectio noua inchoatur. Sed cum vix initium eſt factum, magnam partem referre pedem, antequam recte audire aut diſcere ceperint. Hoc malum inveteratum, & in viſceribus Academiæ incluſum penitus eſt, ut extirpari nullis monitis, nullis concionibus poſsit. Non ita multò ante præclarum erat audiſſe integram interpretationẽ aliquot orationum aut ſcriptorum Ciceronis, Cæſaris, & aliorum autorum latinæ & græcæ

Ariſtotelis exemplum.

Recens exemplũ

Præſens ſtatus.

ſapien-

ſapientiæ. Hodie cura lectionis autorum penè omnis abjecta eſt, & multi ne unius quidem & alterius libri Homerici aut orationis Demoſthenicæ enarrationem integrè audire volunt. Ita jacet eloquentiæ ſtudium, contemnitur ſapientiæ latinæ & græcæ cultus; Imò ſordet nonnullis magnus ipſe Cicero. Quæ igitur ſpes futuræ eruditionis ſit reliqua apertum manifeſtumq́ eſt omnibus. Verum de hoc paulò poſt in parte ſecunda de autorum lectione plura dicenda erunt. Nunc unum illud cogitandum ſaltem ſtudioſis relinquo: an non ſi publicè docentes præceptores audire recuſent, duo damna maxima faciant? Imprimis certè Academiam, in qua vivunt, dedecorant: Tum ſumtus etiam fruſtra in Academia impendunt. Vt enim ornamento eſt Academiæ audientium & diſcentium copia atq́ frequentia: Sic dedecori

Duplex damnum facit qui præceptores nõ audit in Academia.

magno est eorũdem paucitas atq; inopia. A lectionibus verò publi cis qui abstinet, in pago quocunq; æquè vivere potest, atq; in gymnasio publico, & privatos etiam præceptores qui publicis antefert, extra Academiam non minus quàm in ipsa Academia cõducere, quem audiat, potest. Peruersitas hæc est, quæ cladem pestemq; studijs bonis affert. Ideo enim in Academiam proficiscitur studiosus, vt publicorum professorum doctrina frui posſit. Ideo priuatos præceptores quisq; audit, ut ad intelligendos publicos præparetur. Quod si ante laudi datum est, audisse doctos in Academia professores, qui magnis sumtibus ad docendum conducuntur: an non vitio ac culpæ iure ac meritò nunc dabitur, professorem nullum in Academia sic audiuisse, ut per eius doctrinam aliquid profecisse videaris? Atq; hæc hactenus de causa efficiente

Vsus præceptorum secretorũ.

ficiente

ficiente ordinis in discendo, quæ ad eam summam pertinent, ut divinæ vocationis & ordinis memores studiosi, in mandato officij munere, gnavos industriosque se præstent, & animi quadam alacritate constantiaque audiendi discendique cursum teneant, nec ulla opinione prava sese abduci aut alienari à præceptorum rectè docentium amore literarumque cultu patiantur. Cui quidem divino ordini quicunque obtemperant, & in proposito suscepto que discendi munere permanent, hi demum verè sunt studiosi, DEO, sanctisque eius Angelis, & omnibus rectè sentientibus hominibus cari. Gratiam denique & successum à Deo promissum spe expectare possunt. Qui verò divinæ vocationi repugnant, nec studiũ, diligentiam, asiduitatemque in audiendo et discendo adhibent, Dei ipsius hostes sunt, sanctorumque Angelorum & piorum hominum

Fructus quos percipiunt hi quibus mandatũ DEI & vocationis munus curæ est.

Pœna contemti mandati divini de

 inimi-

commißi officij. inimici. Iccirco iratum habent Deum, adversos Angelos, & justum odium, offensionemque parentum, præceptorum, & omnium rectè sentientium hominum incurrunt. Imo ne digni quidem sunt tam sancto & venerabili nomine studiosi. Sed solo verbo sic appellantur, re & facto longè absunt. Non enim studiosus est, qui neque Dei ordinem agnoscit, neque propositum habet discendi, nec cætui discentium sese aggregat, in quo doctrina utilis & necessaria sonat. Custodit quidem Deus per Angelos suos, sed eos, qui in via seu professione ordinata incedunt, qui verò ab hac via declinant, & ociũ potationesque sectantur, aut domi latent, vel deambulatum eunt, cũ lectiones audire res & ordo postulat, hi castorum Angelorum præsidio destituti in diaboli laqueos incidunt, & iram Dei, pœnasque graves sibi accersunt.

SECVN-

ORDINE.

SECVNDA PARS DE FORMA seu modo discendi.

FORMA AVTEM discendi omnis sita est in tribus:

1. In priuata lectione atque meditatione.
2. In publicæ doctrinæ auscultatione.
3. In scribendi dicendique exercitatione.

Quæ mihi complexus videtur Plato in lib. 7. de Rep. Cum in studioso literarum requirit, ut sit φιλομαθὴς, ut sit φιλήκοος, ut sit συζητικὸς, discendi cupidus, audiendi auiditate flagrans, & inuestigandi studio ardens. Etsi enim φιλομάθεια ad vniuersam studiorum tractationem pertinet: Tamen distinctionis causa libet in hoc loco ad se-

cretam lectionem atque meditationem referre: vt sit φιλομαθὴς, qui à mutis magistris discit. φιλήκοος qui viua voce fruitur, & à docentibus eruditur. συζητικὸς autem, qui exercitatione vsuque intelligendi prudentiam acuere, & eloquendi facultatem parare augereque studet.

His quasi medijs quibusdam ad acquirendam eruditionem necessarijs præponenda est ἐυσέβεια, pietas, quæ D e i cognitionem & cultum continet, atque adeo dux est ad omnem scientiam atque disciplinam, D e o gratam, nobis vero & proximo salutarem.

DE OPERIS SECRETIS, siue priuatis studijs.

Quanquam autem præceptoris vox viua plenius alit, vt ait Cicero: tamen mutis etiam magistris hoc est, libris multum est tribuendum. Ex his enim doctrinam

non

non minus quam ex viua præce-
ptorum voce haurire oportet. Consultum igitur erit, vtrumq; genus studij amplecti & colere, vt & domi legantur quædam, & foris etiam, si viuæ vocis copia sit, docentes audiantur. Primæ tamen & postremæ partes diei deferendæ sunt secretis studijs, & à lectione cœlestis sapientiæ, siue scripturæ sanctæ omnis cura atq; exercitatio incoanda est. Sit igitur initium studiorum lectio vnius capitis in Testamento nouo, Latinè, Græcè, aut Germanicè, adiunctis Hypomnematis, Victorini, Strigelij, quæ riuulis Melanthonijs totam doctrinam concionum Christi & Apostolorum irrigant, summam cuiusq; capitis exponunt, seriem partium monstrant, genus sermonis indicant, sensum explicant, & Orthodoxorum patrum testimonijs pleraq; illustrant. Coniungi porro cum lectione debet ardens

precatio ſive invocatio Dei, ut is pro immenſa ſua bonitate atq; miſericordia, qua nos ſemel complexus eſt atq; recepit in gratiam propter Filium ſuum μεσίτην καὶ ἱκέτην, incendat mentem amore & deſiderio cognoſcendi atq; diſcendi literas & artes, quarum ſcientia divinæ ipſius ſapientiæ radius eſt, & multorum bonorum cauſa in Chriſtiana Repub. exiſtit: Tum ut ingenij etiam copiam facultatemq; largiatur, ut comprehendere animo poſsimus doctrinam veram, utilem & ſalutarem, ad quam omnis noſtra cogitatio, ſtudium, atq; opera directa eſſe debet: Quo ipſi per nos aliqua grata fiant, & ad communem aliquem fructum ſtudia noſtra redundent. Vt autem manè â novi Teſtamenti lectione, & Dei invocatione initium ſtudiorum eſt faciendum: Sic veſperi lectione Capitis in veteri Teſtamento cum eiuſdem Victorini Hypom-

Lectione veteris Teſtamenti terminanda di

Hypomnematis & precatione diurnæ operæ ſunt terminandæ: Vt à DEO principium ſtudiorum ducatur, & in eodem cura & meditatio diurna deſinat. Profeſtis vero & ſacris diebus legendi ſunt Loci communes Melanthonis, & ſcripta nonnulla Lutheri germanica propter inſingnem copiam, vbertatem, & vim doctrinæ cœleſtis, & ſermonis popularis. Iam quia ordo hic non ſingulatim vni præſcribitur, ſed vniuerſè cunctis literarum ſtudioſis traditur: Eligat ac proponat ſibi vnusquisq́ poſt lectionem Bibliorum & precationem certi alicuius libri lectionem aut repetitionem, in ea præſertim arte, cuius doctrina memoriæ mandanda eſt. Matutinum enim tempus omnium eſt commodiſsimum, & ad ediſcendum aptiſſimum: Quando ſcilicet animus maximè viget, & ad omnia attentior, acrior, & alacrior exiſtit. Et

urna opera.

Opera dierum feſtorum

Matutinum tempus ad ediſcendū maximè patum.

Distributio studiorū in matutina & pomeridiana.

vtile in ordinem ab Aristotele obseruatum tenere, vt certa sint studia ἑωθινα siue operæ matutinæ certa item δειλινά, siue operæ pomeridianæ. Matutinæ quidem horæ tribuantur potissimum doctrinæ ar- *Operæ matutinæ* tium, pomeridianæ verò studijs eloquentiæ, hoc est lectioni autorū & exercitationi oratioriæ. Deligat itaq; pro suo captu quisq; vel Grammaticen, vel Dialecticen, vel Physicen, vel Ethicen, vel Mathematicen, quibus matutinum studium dicet. In hoc tamen delectu *Præceptum Plinij.* duo sunt quasi quædam præcepta tenenda, quorum prius est Plinij, qui ait, non multa, sed multum esse legendum. Quo monet ex infinitis quæ discenda nobis sunt, excerpenda esse pauca, eaq; certa & maximè necessaria. Commodè autem fecerint studiosi, qui propter imperitiam se regere aut constituere, quid potissimum expediat, minus possunt, si præceptorem consu-

consulent, & ab eo ordinem quem sequantur, petent. Præsertim cum publico iudicio nullus in hac Academia ad certum genus studiorum adigatur. Alterum præceptum ex hoc Pliniano manat, vt pauca illa, quæ sibi quisque ad discendum proponit, accuratè seduloque cognoscantur, nec semel tantum percurrantur, sed iterentur & inculcentur. Non enim satis est semel legisse, sed repetitione opus est, vt quæ prima inspectione intelligi atque comprehendi non satis potuerunt, ea sequenti lectione rectius percipiantur, firmiusque in animo ac mente imprimantur. Quod ex Euripidis Hippolyto constat, cum inquit, αἱ δεύτεραι πῶς φροντίδες σοφώτεραι: Cicero Philippica 12. sic exposuit: Posteriores cogitationes solent esse sapientiores. Quod si etiam quos, quorumue autorum libellos in hoc genere potissimum legere oporteat, quæ-

Aliud præceptum.

Euripidis sententia de iteranda lectione.

Quæstio ex quorum autorum scriptis

xitur,

artes discendæ sint.

ritur, in tanta præsertim copia & varietate: Respondeo, artium Præcepta prima, Grammaticæ vtriusque linguæ, Dialecticæ, Rhetoricæ, Ethicæ, et Physicæ, ex nullius Autoris voluminibus, probius, felicius, & fructuosius disci posse, quam ex Melanthonis libellis ijs, qui extant. In his enim quinque sunt præcipua maximeque admirabilia decora, quorum primum est methodus expedita & facilis. 2. Perspicuitas quasi facẽ præferens ad doctrinæ perceptionem. 3. Riuulorum ex veris fontibus deductio, & ad eosdem reductio. 4. Vera ad vsum summa cum dexteritate accommodatio. 5. Delectus rerum vtilium & necessariarum, argutiarum vero inanium, λογομαχιῶν, καὶ λεπτολογημάτων reiectio. Talia ornamenta in nullo alio Authore, cuius quidem scripta extant, facile reperiuntur. Quia non alij DEVS tantum ingenij lumen concessit,

Quinque decora in scriptis Philippi.

cessit, nec alio organo vti ad illustrandam doctrinam artium & eloquentiæ in his regionibus voluit, quam hoc ipso Melanchthone: quem non immeritò omnes Pontificij, qui modò non iniquos æstimatores donorum DEI sese præbent, admirantur, & imitatione magis quam inuidiâ dignum censent. Interim tamen non excludo fontes, Aristotelem, Ciceronem, Platonem, ad quos cognoscendos adducere, non abducere discentes Melanchthon studuit sed præcedere lectionem libellorum Melanchthonis, sequi cognitionem Aristotelis, Ciceronis, platonis, oportere iudico. Ratio porro ediscendi quam in matutinis horis potissimum colloco, sic habet: Primum omnium pars ea doctrinæ quam memoriæ volumus mandare, studiosè legenda & cognoscenda est, vt penitus intelligatur. Non intellecta enim difficilius

Fontes artium.

Ediscendi ratio.

memoria comprehenduntur, nec firmiter etiam retinentur. Distincta enim percipiuntur facilius animo, & custodiuntur memoria diutius. Tum demum ordine singula ediſcantur, & ſæpè numero repetantur, deniq; ad vſus etiam adiungantur. Nam ex vſu demum omnis doctrina rectè cognoſcitur & quæ in ſuccum ſanguinemq;, vt ille ait, conuertitur. Sed de modis exercendæ memoriæ poſt iterũ agetur, cum exercitationum genera exponuntur. Pomeridianæ horæ debentur authorũ lectioni atq; exercitationi oratoriæ. Dent igitur operã ſtudioſi vt optimos in hoc genere ſibi deligant in vtraq; lingua, quorum lectione animum, quaſi quodam pabulo liberaliter oblectent, & pectus compleant. Optimi autem ſunt Cicero, Terentius, Cæſar, Virgilius, Ouidius Demoſthenes, Iſocrates, Homerꝰ. Ex his igitur excerpat vnuſquiſq;,

Operæ pomeridianæ.

Autores optimi.

quæ

uæ semper legat & relegat, fami-
riterq́ nota sibi reddat. Ex Ci-
erone quidem aliquos Epistola- *Quæ*
m libros, 3. de officijs, scripta *scripta*
uædam Philosophica, & Oratio *Cicero-*
es selectas, cum libris de Orato- *nis sint*
, vel partitionibus Oratorijs. *legenda.*
e cæteris verò, latinis præser-
m, nihil attinet præcipere, quin
rdine legantur. Ex Demosthene
Isocrate seligantur Orationes
onnullæ: Illi9 quidem Olynthia-
& Philippicæ, paucæq́ aliæ:
uius duæ vel tres Orationes. Le-
tur item Plutarchi libellus de
uerorum institutione. De Home
, Hesiodo, Euripide, & Sopho-
e nota esse studiosis debent ple-
q́. Adjungenda est etiam neces-
riò lectio Chronicorum, vel epi
mes historiarum. In his verò co-
noscendis modus is adhibeatur, *Modus*
primum in memoriam rediga- *legendi*
r summa præcedentis lectionis; *autho-*
cundò ut investigetur vocabu- *res.*

Modus lorum significatio. Tertiò sum
legendi rei inquiratur. Quartò series p
autores. tium ordine consideretur. Quin
vis & vsus singularum vocu
Phrasium, doctrinæ, sententiaru
in singulis partibus colligantur,
ad locos suos, quæ ἀξιομνημόνευ
sunt & ἀξιόλογα referantur. Atq
quos recensui Autores sunt cl
Autores sici, οἱ τῶν τιμημάτων, primarij vel or
claßici. narij, quos legi cognoscíq; præ
pua cura â cunctis conuenit. Pr
Secun- ter hos alij sunt, quos secundari
darij. licet appellare, veteres & rec
tes, quibus secundariæ & succis
uæ operæ, vt aiunt, debentur. H
ius generis sunt, Salustius, Liuiu
Ciceronis scripta reliqua, Plut
chi vitæ & moralia, Aeschilus, H
rodotus, Thucydides, Xenopho
Diebus sacris Nonni Paraphra
Euangelij secundum Ioannem,
tem Declamationes Philippi, et
lia legantur, quæ enumerari n
possunt neq; debent. Quo tan
in

genere accuratè illud tenen-
um est, quod monet Thucydides
maxime necessaria semper præ-
rantur. Sic enim censetur opti-
ium esse maxime necessariis insti-
ui, κράτιστον εἶναι ἐν ἀναγκαιοτάτοις παι-
εύεσθαι. Et in hoc ipso tamen legen
i Authores cursu quasi gradus
uidam tenendi sunt, vt alios sem-
er in manibus habendos esse pu-
emus, alios semel legisse satis ha-
eamus, non nullos ex interuallo
egustemus.

DE OPERIS PVBLICIS, siue audiendis lectionibus.

Quemadmodum secretæ ope- *Operæ*
æ ad intelligendas lectiones pu *secretæ*
blicas præparatio quædam sunt: *& publi-*
Sic Scholæ publicæ vicissim pri- *cæ debent*
uata studia iuuare, excitare, auge- *esse mu-*
reque debent. Tametsi enim secretò *tuæ.*
legere nonnulla oportet, quæ pu-
blicè non leguntur: tamen pleræque
operæ priuatæ de publicis lectio-

Modus legendi autores. lorum significatio. Tertiò sum rei inquiratur. Quartò series p tium ordine consideretur. Quin vis & vsus singularum vocu Phrasium, doctrinæ, sententiaru in singulis partibus colligantur, ad locos suos, quæ ἀξιομνημόνευ sunt & ἀξιόλογα referantur. Atq quos recensui Autores sunt cla *Autores claßici.* sici, οἱ ἐν τιμήματι, primarij vel or narij, quos legi cognosciq́; præ pua cura â cunctis conuenit. Pr *Secundarij.* ter hos alij sunt, quos secundari licet appellare, veteres & rece tes, quibus secundariæ & succis uæ operæ, vt aiunt, debentur. H ius generis sunt, Salustius, Liuiu Ciceronis scripta reliqua, Plut chi vitæ & moralia, Aeschilus, H rodotus, Thucydides, Xenopho Diebus sacris Nonni Paraphra Euangelij secundum Ioannem, tem Declamationes Philippi, et lia legantur, quæ enumerari n possunt neq; debent. Quo tam

in

genere accuratè illud tenen-
um eſt, quod monet Thucydides
t maxime neceſſaria ſemper præ-
rantur. Sic enim cenſetur opti-
ium eſſe maxime neceſſarijs inſti-
ui, κράτιστον εἶναι τῶν ἀναγκαιοτάτοις παι-
εύεσθαι. Et in hoc ipſo tamen legen
li Authores curſu quaſi gradus
uidam tenendi ſunt, vt alios ſem-
er in manibus habendos eſſe pu-
emus, alios ſemel legiſſe ſatis ha-
eamus, non nullos ex interuallo
eguſtemus.

DE OPERIS PVBLICIS, ſiue audiendis lectionibus.

Quemadmodum ſecretæ ope- *Operæ*
æ ad intelligendas lectiones pu *ſecretæ*
blicas præparatio quædam ſunt: *& publi-*
Sic Scholæ publicæ viciſsim pri- *cæ debent*
uata ſtudia iuuare, excitare, auge- *eſſe mu-*
reꝙ debent. Tametſi enim ſecretò *tuæ.*
legere nonnulla oportet, quæ pu-
blicè non leguntur: tamen pleræꝙ
operæ priuatæ de publicis lectio-

Idem ordo publicarum operarum & priuatarum.

nibus sic constituendæ sunt, vt al
rę alteris ritè inseruiant. Maneat
gitur ordo idem vtrobiq;, vt ma
tinis horis artiũ præcepta audia
tur et repetantur: Pomeridianis
rò authores latini & græci, adiu
ctis Rhetoricis exercitationibu
Authores vero quos legere aud

Authorũ cognitio ob quas causas necessaria.

req; oporteat, paulò antè enum
raui. Nunc horror tantum studio
sos, vt thesaurum eruditionis, v
potiꝰ neruos & artus sapientiæ &
eloquentiæ credant esse, nosse vt
usq; linguæ authores. Ratio est: O

Duæ partes doctrinæ eruditæ σύνεσις καὶ δύναμις ἑρμηνευτική.

mnis enim doctrinæ atq; eruditio
nis vis vsusq; in his duabꝰ partib
consistit: in intelligendi scilicet iu
dicandiq; facultate, & interpreta
di siue eloquendi copia. Ex his d
ctrinam omnem constare, & ij
dem etiam perfici nullum est du
bium. Iam ex authoribus vtrumq
disci necesse est, vt & iudicare d
rebꝰ posimus, & de ijsdem quoq
disserere aut scribere. Non igitu
dubitare vllꝰ studiosorum debet

quin authorum enarratio ſummo 1. Ratio
ſtudio, ac præcipua quadam cura ab utili.
ſit audienda. Quamuis autem artes quoq; doctrinam rerum contineant, Ethica quidem de vita & moribus, Physica verò de natura rerum: Tamen elementa hæc tantum ſunt ſcientiæ rerum. Vberior verò atq; ſolidior cognitio ex Authoribus & hiſtorijs petenda eſt. Diſcendi autem artes informandæ orationis artificiũ duntaxat monſtrant, forma verò omnis ex viuis authorum exemplis cognoſcenda eſt, & ijſdem etiam fontib9, rerum verborumq; hauriẽda copia. Inde fontes ſapientiæ & eloquentiæ iure omni authores appellãtur. Quicunq; ergò veræ eruditionis cupiditate tenentur, authores ſibi ſedulo diligenterq; legendos atq; audiendos eſſe omnino ſibi perſuadeant. Eſt præter hanc alia ratio quæ Secunda
ad ſtudium cognoſcendi Autores ratio co-
meritò incendere omnes ſtudio- gnoſcen-

 ſos de-

Ad autores à dignitate. ſos debet. Quia non eſt decus & præſidium præclarius Academiarum & Doctorum in his Regionibus, quæ luce cæleſtis verbi, expulſis pontificiis tenebris, illuſtratæ ſunt, quam hæc ipſa facultas iudicandi & ſcribendi & autorum lectione comparata.

Quatuor enim ſunt κειμήλια, quibus Academiæ harum legionum, ipſis pontificiis teſtibus, potiſsimum excellunt. *4. κειμήλια ſcholarum Euangelicarum.* 1. Eſt linguarum ſtudium, quod ſuſcitari atque accendi in his gymnaſiis, quæ Euangelium profitentur, maximè cepit. 2. Exercitatio eloquentiæ tam Oratoria quam Poëtica. 3. Hiſtoriarum ſcientia, quæ iudicium informat, & omnem penè orationem mirè exornat atque munit. Poſtremum eſt methodus, qua iſta omnia dextrè perſpicuéque traduntur. Hiſque præſidiis diuinitus conceſſis atque tributis, tantum eſt effectum, vt facilè perſpexerint Pontificii

tificij se tueri amplius regnum suũ non posse, nisi Scholas nostro more institutas haberent, & eadem præsidia sibi compararent. Hinc soboles noua Iesuitarum exorta est, & tot Gymnasia per omnes prouincias aperta sunt, opibusq́; & viribus munita, vt hæc κειμήλια paria nobiscum, vel si possint, superiora habeant. Nisi itaq; contemtores esse atq; desertores veræ sapientiæ atq; doctrinæ, aut vinci ab aduersarijs tupiter velimus, excitanda est cura & animaduersio, vt authores diligenter legamus, audiamus, & hunc thesaurum eximium eruditionis & eloquentiæ inde petamus.

Tertia causa est, quia linguæ vtriusq; & authorum cognitio necessaria est ad omne studiorum genus rectè instituendum atq; tractandum. Est enim commune instrumentum omnium disciplinarum, quo & ad discendum & ad *3. Ratio à necessario.*

docendum vti oportet: Hoc instructi Theologi euadunt eruditi & diserti. Hoc muniti Iurisconsulti benè iudicare & differere de rebus politicis sciunt. Eodem armati Philosophi doctrinam professionis suæ rectè intelligunt, & tradere alijs vicissim perspicuè queũt. Hoc ipso instrumento siue præsidio ornati in aulis Principium & Rebuspublicum viri magni, res præclaras & salutares efficiunt. Theologi verò, Philosophi, & medici dogmata suæ scientiæ non solum dextrè explicant, sed tueri etiam eadẽ & vindicare ab aduersariorum calumnijs possunt. At contra q hoc tam necessario præsidio destituuntur, nihil nauare & efficere in disciplinæ vllius cultu ferè queunt. Ac vt maximè iudicio valeat, & naturę adiumenta habeat aliquis. Non satis tamen politus est, si doctrinæ præsido careat. Id ergò penitus sibi persuadeant studiosi, peccatum esse

Præsidia adipiscendi sapientiam, Natura & Doctrina.

esse magnum, negligere aut asper-nari ea media, quæ Deus ipse ad adipiscendam sapientiam & eruditionem proposuit. Querela hoc tempore est iusta de verè doctorum penuria, & erit in tempus posterũ multò maior. Causa ferè alia non est, nisi contemtus præsidiorum, quibus ad disciplinas omnes aditum patefacere necesse est. Vel enim ocium sectatur iuuentus, vel voluptates & earum instrumenta quærit: vel si maximè cepit gustare literarum doctrinam, mox desistit, & vel labores fugit, vel non necessariam sibi esse solidiorem cognitionem literarum ingenti opinionis errore ducit. Nonnulli etiam ita sui amore occæcati sunt, vt sapere sibi videantur, antequam primoribus labris authorum sapientiam attigerint.

Causa penuriæ doctorũ virorum.

Impedimenta veræ doctrinæ.

Hinc ergò fit, vt in magno cætu vix vnus aut alter inueniatur, qui in

qui in hanc exercitationem studio se operam dare velit. Hæc opinio, quia perniciosa est Ecclesiæ & Reipublicæ, minuenda est, & excutienda ignauia, nisi desertores esse salutis communis volumus. Non enim ferendum est, vt quisquam id in animum sibi inducat, posse se muneri suo in Ecclesia aut Schola satis facere, quocunq; tandem loco collocetur, nisi doctrina literarum & linguarum pectus suum, quoad fert facultas, perpoliat. Rectè enim de his adminiculis doctrinæ cœlestis â Deo ipso ordinatis Melanchton Samsonis dictum vsurpat: NISI VITVLA MEA ARASSETIS, NON INVENISSETIS. Quicunq; igitur fontes Israëlis siue cælestis doctrinæ rectè cupit cognoscere, eum aspernari adminicula illa non decet, quæ ad intelligendam & interpretandam scripturam sanctam ferunt deducuntq;. Nec venia excusationis

Necessitas cognitionis Authorū in Theologia.

satio nis

ſationis vlli datur, qui ad tracta-tionem verbi diuini ſeſe præpa-rat, media verò, quæ eò, quo in-tendit, deducunt, negligit. Siue enim doctis ſiue indoctis concio-naturus es, vtrobique cognitione doctrinæ eius opus eſt, quam pro-fiteris, & alios rectè docere vis. Grauiſsimum eſt Filij Dei manda-tum de cura ſcrutandi ſcripturas. Quod ſi ſcripturas ſcrutari iube-mur, etiam media â Deo ordinata amplecti conuenit, & Samſonis vitula arare, vt inuenire quod quæ-rimus poſsimus.

In Iuris ſcientia nemo dubitat, quin literarum & linguarum admi-niculo opus ſit, ſiue diſcere eam, ſiue ad vſus caſuſque humanos ad-iungere velis. Imo decus eſt & ad-iumentum eximium linguæ vtri-uſque cognitio, & dicendi facultas, ex hominum ſapientum orationi-bus atque ſcriptis comparata. Hoc ergò ornamento atque præſidio de-

ſtituti,

Doct... facile ... côncion... ri, Erg... indoctu... difficil... Et qu... difficil... eò art... magis ... pus. Ioh. ...

Lite... rũ & ... guaru... cogni... etiam ... iuris ... entia ... necẽ... ria.

ſtituti, quaſi oculo altero dunta-
xat vti in tractatione maximarum
rerum videntur. Quid dicam de
Medicis atq; Philoſophis? Quo-
rum profeſsio penè omnis hiſce li-
teris atq; linguis continetur, qua-
rum vſum tantoperè neceſſarium
eſſe contendimus? Qui igitur ad
erudiendum alios in Scholis ſeſe
parant, inprimis ſeſe hoc inſtru-
mento muniant, oportet.

Medicina & Philoſophia.

Non enim docere alios quiſ-
quam rectè vnquam poterit, niſi
ipſe doctrinam rrctè probeq; per-
ceperit. Proinde ſciant ſtudioſi
omnes, quibus literarum profeſ-
ſio curæ eſt, ſe ipſa neceſsitate a-
ſtringi ad audiendos & cognoſ-
cendos vtriuſq; linguæ Authores,
vt inſtrumentum hoc ad diſcen-
dum & tractandum quaſcunq;
diſciplinas neceſſarium ſibi pa-
rent. Quo inſtructi ſatis ornatiq;
ad communes vſus aut Eccleſiæ,
aut Reipublicæ, aut Scholarum
accedere poſsint.

Repe-

ORDINE.

Repetendi autem auditam lectionem idem ordo est, qui est priuatæ lectionis: vt primum summa animo colligatur: Deinde partes ordine distribuantur. 3. Insignia dicta & exempla in singulis partibus tanquam flores decerpantur. 4. Verba & Phrases notentur. Postremò ad vsum sic omnia accommodentur, vt ad locum suum communem quæque pars ritè referatur. *Ordo repetendi lectionem auditam.*

DE LOCIS COMMUNIBUS.

Quia autem locorum communium tantus vsus est, vt nisi diligens eorum habeatur ratio, omnis discendi cura temerè suscipiatur: Ordo postulat vt modus instituendi locos aliquis monstretur. Sunt ergò loci communes, vt â definitione erudiamur, præcipua capitain quolibet doctrinæ genere, quibus fontes & summæ *Quid sint loci communes.*

artium

Vtilitas locorum communium. artium continentus. Vtilitas vero ea est, vt primum tanquam memoriæ sint subsidia. Quæ enim propter infirmitatem minus in memoriæ thesaurum reponere, & firmiter tenere possumus: ea in hos locos digerimus. 1. Vt inde tanquam ex penu instructo depromamus copiam rerum, sententiarum, exemplorumq́ue, quandocunq́ue in scribendo, discendo, aut docendo opus est. Ordo locorum communium. Cæterum ordo locorum communium non nimis exquisitê quidem, sed vsq́ue â capite tamen arcessendus est.

Ac ne longus nimis catalogus instituatur: communicabo simpliciter candideq́ue cum studiosis consilium meum. Dixi capita artium singularum esse locos communes. Itaq́ue secundum ordinem cuiusq́ue artis loci communes conficiantur. Et quia operosum est valde singularum artium capita descripta habere in charta; sic laborem hunc

minuant

minuant ſtudioſi. In Grammatica quicquid occurrit notatu dignũ, id aptè inſeratur & ſcribatur ſuo loco in ipſa Grammatica, ſeu libello Grammatices. Verba verò & Phraſes quoad eius fieri poteſt, vel in Calepino, vel in Nizolij obſeruantionibus, vel in Lexicis quæ extant, aſſcribantur. Quæ verò ſingularis ſunt obſeruationis, ea inter locos verborum & phraſium peculiares quorum Catalogus infra ponetur, referantur. Eritq; is Theſaurus verborum & Phraſium meo iudicio, ſatis locuples. In Dialectica verò pariter regulæ & exempla, quæcunq; Authorum ſuppeditat lectio, notentur in libello Dialectico, ſuis quæq; locis. Idq; vt fiet commodius, vtile erit inſerta Papyro munda diſtinguere paginas: Vt quæ in marginibus ſcribi minus poſſunt, ea in charta adiuncta exarentur. In Rhetorica ad eundem modum præcepta & exem-

Loci communes in Grammatica.

In Dialectica.

In Rhetorica.

exempla vel ad genera causarum, vel ad Exordiorum formas, vel ad Propositionem, vel ad Narrationem, vel ad Confirmationum locos, vel ad Amplificationum modos, vel ad Tropos atque Figuras, vel ad dicendi Characteres referantur. In doctrina Sphærica aut Elementis Mathematicis idem faciendum.

Loci communes in Physicis. In Physicis autem loci præcipui sic numerantur. De DEO, quid sit & qualis. De noticia DEI naturali, de prouidentia, de contingentia & necessitate, de mundi opificio, causa, magnitudine, & figura, de corporibus simplicibus, de Cœlo, de Stellis fixis & Planetis, Sarturno, Ioue, Marte, Sole, Venere, Mercurio, Luna, De Elementis, Igne, Aëre, Aqua, Terra, de Principijs rerum Naturalium, materia, forma & priuatione, de causis per se, & per Accidens, de

Natura, de Arte, de Fortuna, de casu, de fato, de ostentis siue prodigiis, de oraculis, de motu, de tempore, de loco, de vacuo, de corporibus mixtis, de primis Qualitatibus, caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate, de generatione & corruptione, de meteoris, de fulminibus, de Cometis, de Iride, de Halone, de Ventis, de Pluuia, de Terræmotu, de Metallis, de Auro, Argento, Plumbo, &c. De Moneta siue Pecunia, de Mari, Fontibus, Fluminibus, Lapidibus, Gemmis, de Plantis, Arboribus, Hortis, Fructibus, de Pane, de Leguminibus, de Vino, de Cereuisia, de Melle, Lacte, Oleo, de Animalibus, Auibus, Piscibus, insectis, Apibus.

In Doctrina de Anima loci sunt de Homine, de partibus Corporis, hoc est, similiaribus & dissimiliaribus, de venis arteriis, de Corde, Pulmone, Epate, Ventriculo, *Loci communes Doctrinæ de Anima.*

Cerebro, de manibus, temperamentis, ſpiritibus, de anima & potentijs eius, vegatiua, de ætatibus, hominis, infantia, pueritia, adoleſcentia, iuuentute, ſenectute, virili ætate, de ſomno, de ſentiente animæ facultate, de viſu, auditu, tactu, guſtu, olfactu, de appetitiua, de affectibus, triſticia, læticia, ſpe, dolore, metu, voluptate, cupiditate, de appetitionibus, de ὀρέξει, ἐπιθυμία, βουλήσει, de lachrymis, de locomotiua, de intellectu, memoria, recordatione, de phantaſia, de ſenſu communi, de voluntate, de ratione, de conſcientia, de inſomnijs, de vita breui, vel longa, de morbis & miſerijs generis humani, de immortalitate animæ, de morte corporis, de conſolatione in morte & calamitatib9 cæteris, de ſpe liberationis, de funerum ceremonijs, de ſepultura, de Epitaphijs. Ethica complectitur locos omnes, qui de moribus & vita tra-

ta tractant, aut de virtutibus & vi- tijs, actionibus bonis & malis do- cent. Primus est de fine hominis seu beatitudine secundum san- ctum DEI verbum, secundum Philosophiam, secundum Stoicos, secundum Epicurum, de gradibus bonorum & malorum, de virtute siue honestate, de mediocritate. Distributio virtutum iuxta seriem Decalogi, pietas erga Deum siue religio, idololatria, dilectio, ti- mor, fiducia, dubitatio, epicureus contemtus, humilitas, patientia in ærumnis, seu perseuerantia, Hypo crysis, desperatio. 2. Præcepti, inuocatio DEI, βαττολογία, gratia- rum actio, confessio. 3. Ius Iuran- dum, periurium, fædus, pactum, sacrificium, ritus sacri vel ceremo- niæ, superstitio, collatio faculta- tum ad Ecclesiæ & scholarum v- sum. 4. Pietas erga parentes & natos, ϛοργὴ, φιλοϛοργία, obædientia, gratitudo, honos, officium paren-

Loci in Ethica secundum Decalogum.

1. Præ:

2.

3.

4.

tum & liberorum, familia seu genealogia, ordines vitæ, Ecclesiasticus, Oeconomicus, Politicus, Magistratus, Lex, Ius gentium, lex naturæ, Lex positiua, summum ius, ἐπιείκεια, consuetudo, formæ rerum publicarum, Aristocratia, Monarchia, Democratia, Oligarchia, Ciuitas, Societas, causæ euersionis politiarum, aula, libertas, seruitus, Præceptor, Doctor, Discipulus, artes, literæ, disciplina, Philosophia, scholæ, vita scholastica, sectæ philosophorum, Peripatetica, Stoica, Epicurea, Academica, disputatio, examen, λογομαχία, pronunciatio, Poëtica, Comędia, Tragędia, Iuris prudentia, Medicina, Musica, Astronomia, Astrologia, historia, Agricultura, Pictura, Nauigatio, Iudex, Subditus, Iusticia vniuersalis, Æqualites Geometrica & Arithmetica, Prudentia, Sapientia, Consilium, stulticia, error, ignorantia, euentus consiliorum, labor, diligentia,

tia, ſedulitas, ocium, ignauia, πολυπραγμοσύνη, gratitudo, ingratitudo, grauitas, leuitas, indulgentia, modeſtia, ſuperbia, vanitas, ſtupor, gloria, ambitio, æmulatio, laus, ſiue fama bona, infamia, celeritas, contatio, pænæ ſcelerum. 5. Præcepti Iuſticia particularis, injuria, violentia, gradus deliƈtorum, fortitudo, timiditas, mollities, audacia, temeritas, conſtantia, inconſtantia, pax, bellum, ſcientia rei militaris, ſtratagema, id eſt, aſtucia militaris, machinæ ſiue arma, expeditio, exercitus, prælium, viƈtoria, triumphus, ſeditio, proditio, faſtidium rerum præſentium, manſuetudo, iracundia, odium, inuidia, vindiƈtæ cupiditas, lentitudo, miſericordia, crudelitas, φιλησυχία, id eſt, ſtudium tranquillitatis, φιλονεικία, id eſt, ſtudium contentionis, Concordia, Diſcordia, Amicitia, Inimicitia, Sodalis, Popularis, conſuetudo bonorum & malorum, 5.

fidelitas, perfidia, ſtulta creduli⸗
tas, ἐπιχαιρεκακία, id eſt, lætitia ex
alterius calamitate concepta, hu⸗
manitas ſiue inhumanitas, moroſi⸗
tas, gratia ſiue reconciliatio, ſu⸗
6. ſpicio, νέμεσις. 6. Caſtitas, pudor,
verecundia, obſcænitas. impuden⸗
tia, continentia, temperantia, ſo⸗
brietas, intemperantia, ebrietas,
luxuria, voluptas, virginitas, cæli⸗
batus, conjugium, virtus mulie⸗
bris, πολυγαμία, id eſt, conjugium
plurium perſonarum, ritus nuptia
rum, nuptiæ inceſtæ, libidines va⸗
gæ, ſcortatio, adulterium, raptus,
ſtuprum, diuortium, veſtitus, con⸗
7. uiuium. 7. Iuſtitia commutatiua,
contractus, obligatio, emtio, ven⸗
ditio, locatio, conductio, mu⸗
tuum, depoſitum, commodatum,
pignus, mercatura, profeſsio bo⸗
norum, ſiue proprietas rerum, ve⸗
rus vſus bonorum, diſtinctio do⸗
miniorum, opes, paupertas, fa⸗
mes, furtum, rapacitas, fraus, inju⸗
ſtum

ſtum lucrum, liberalitas ſeu bene-ficentia, auaritia, profuſio, elee-moſyna, parſimonia, frugalitas, ſordes, auaritia, largitio ſiue mu-nera, hæreditas, legatum, hoſpita-litas, inhoſpitalitas, ἀυτάρκεια, id eſt, virtus ſuis rebus contenta. 8. Ve- 8.
ritas, mendacium, ſophiſma, ſim-plicitas, candor, dolus, pertina-cia, ſimulatio, taciturnitas ſiue ſi-lentium, garrulitas ſiue futilites, iactantia, aſſentatio, loqui ad gra-tiam, tacere cum loqui neceſſe eſt, oratio, eloquentia pronunciatio, linguæ vſus, linguæ vitium, obtre-ctatio, conuitium, calumnia, vrba-nitas, ſales, joci, ſcomma. Si cuj por-rò animus eſt ab his velut minutio-ribus ad maiora aſcendere, in ſu-periorum diſciplinarum locos ſin-gulos detexat, & reperiet in vna-quaque earum bono ordine diſpo-ſita membra, tanquàm integri cor-poris, quo aggregare ſiue congere-re, quæ legit & audit, non incom-mode poterit.

DE EXERCITATIONIBUS studiosorum.

Exercitatio coniungenda cum lectione.

Cum secretis studijs, lectionibusq; publicis perpetuò coniungenda est exercitatio, meditatio consuetudoq; scribendi: parum enim est legisse & audisse aliqua, nisi eadem asiduo scribendi vsu nota familiariaq; tibi reddas. Certum est tantum vnumquemq; scire, quantum scribendo discendoue potest probare. Nec est alia formandæ orationis ratio, quam per exercitationem & stylum. Est igitur exercitationis cura ita necessaria, vt omitti absq; dispendio magno non posit. De tempore duntaxat & modis exercitationis & styli monendi esse studiosi videntur.

Tempus exercitationi tribuendum

Si igitur singulis diebus vacare huic exercitationi studiosus fortè non potest, saltem biduum in singulis hebdomadibus sibi deligat ad hunc vsum, in eoq; biduo horas cer-

ras certas præfiniat, quibus verba, Phrases & res mente perceptas ad vsum adhibeat, & scribendo dicendoue quantum profecerit, & quantum adhuc desit, experiatur. Modi verò exercitationum complures sunt. 1. Est συζήτησις, de qua Plato præcipit, hoc est, collatio vel cum præceptore vel cum collega, quæ multum commodi affert. Nam interrogandi & respondendi vicissitudo ingenia excitat, iudicia acuit, sermonem informat & eruditionem alit. Itaq; sciant studiosi sæpè vtendum esse tali συζητήσει, nec grauentur accedere præceptores, quorum doctrinam audiunt, eosq; tam de auditis quàm de aliis quibuscunq; partibus doctrinæ interrogare, vel cùm iis ita communicare, vt doctiores inde acutioresq; euadant.

Modus exercitationis: Collatio cum præceptore vel condiscipulo.

Nota est oratio viri sapientis apud Ciceronem qua gloriatur se

dedu-

Exemplum Ciceronis in Dialogo de senectute.

deductam ad scæuolam, quo ad eius potuerit & sibi licuerit, â latere illi9 nunquam discessisse. Hui9 igitur exemplo studiosi singuli præceptoribus sese adjungant, in eorumq; familiaritatem insinuent, vt illorum prudentia institui erudiriq; possint.

SECVNDVS MODVS exercitationis est conuersio vel de *germanic in latinum sermonem, vel contra de latino in germanicum, vel de græco in latinum: vel ex latino in latinum imitatione quadam honesta.*

IN hoc genere non possunt deesse Argumenta studiosis, qui modo lectiones audiunt. Singulæ enim Authorum lectiones atq; enarrationes suppeditant, vel historiam vel orationis exemplum, vel narrationem aliquam in qua vertenda laborare studiosi possunt; verbi causa; nulla ferè est pagina in Cicerone, quæ non materiam

riam de qua ſcribi poſsit exhibeat. Homerica verò lectio crebras ſubijcit orationes, quas in latinum transfundere eſt omnium fructuoſiſsimum.

EXEMPLA.

In proœmio officiorum Ciceronis ſtatim occurrunt Hypotheſes complures. 1. De conjunctione ſcientiæ ſiue doctrinæ & morum, cum inquit Cicero ad filium ſuum: Præceptor quidem te ſcientia poteſt augere, locus vero exemplis, ex quo Hypotheſis excerpi ad ſcribendum poteſt, de recta inſtitutione atque tractatione ſtudiorum, vt non tam eruditio acquiratur, quam mores boni diſcantur.

Monemur igitur, vt id Gymnaſium ad diſcendum deligamus, in quo rectam pariter doctrinam â præceptore, & exempla vtilia honeſtaque â familiaribus percipiamus. Exemplum.

mus. Inuenta materia, mox secundum locos in Rethorica de χρεία, aut exemplo disponatur, & copia orationis haud poterit deesse.

Aliud Exemplum. Non multò post additur in eodem Proœmio: Ipse ad meam vtilitatem semper cum græcis latina coniunxi: Neq; id in Philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci. Quod quoq; Eyemplum esse potest non minus venustæ quam necessariæ copulationis literarum Græcarum cum Latinis, tam in Philosophia discenda, quam in reliquis disciplinis rectè percipiendis. Quare & in hoc Exemplo perpoliendo elaborare studiosus poterit, in quo necessitatem & vsum linguæ vtriusq; in singulis penè disciplinis explicare licebit.

Exempla Epistolarum. Ex Epistolis quoq; Ciceronis sæpè causa ad scribendum Epistolas arripienda est, quod fieri sane

com

commodè poteſt, ſi interdum ſimile Argumentum confingatur. Interdum propter ſententiam aut Phraſin vnam aut alteram labor ſcribendi ſuſcipiatur; verbi cauſa; legens Epiſtolam 1. lib. 6. familiarium, facilè Argumentum excogitabit Ciceroniano non diſsimile & quidem ijsdem penè Argumentis vtetur. Quæ enim tunc fuit perturbatio Reipublicæ, eadem nunc fermè, Scholis Eccleſijs & Politijs plerisq; impendet: Dum communes hoſtes veræ religionis, calamitatem et interitum nobis machinantur. Non igitur incommodè transferri illud Argumentum Ciceronis ad conſolandum pios & literatos in hoc etiam tempore poterit: Vel poterit certè pars eius applicari ad eos etiam, quibus præſens ſors grauis eſt, quiq; mutare locum & conditionem cupiunt. His enim opponi rectè poteſt communis

tempo-

temporum & rerum omnium perturbatio, quæ ſanè facit, vt vbicunq; ſis, abſq; incommodis & moleſtijs quamplurimis eſſe non poſsis. Vt autem conſuetum malum ferè ſemper eſt tolerabilius inſueto: Sic cauendum eſt vnicuiq;, ne cum mutatione loci aut conditionis nouas ſibi attrahat calamitates prioribus grauiores. Exempla in Somnio Scipionis, Paradoxis, orationibus Philippicis & commentarijs Cæſaris hactenus viderunt ſtudioſi, & in poſterum, volente DEO, habituri ſunt ſatis multa.

Ratio duplex exercitationis in Authoribꝰ Græcis.

In Demoſthenis porro & Homeri lectione gemina eſt ratio exercitationis, vna quidem παραφραστικὴ: altera verò μιμητικὴ. παραφραστικὴ in eò ſita eſt, vt vel exordiũ, vel confirmationis aliqua pars in Demoſthene, vel integra aliqua oratio ſiue Narratio in Homero latinè efferatur. Ita vt vel verbum è

verbo

verbo exprimatur, vel sensus phrasi latina perspicuè diserteq́ explicetur. Dux in hoc genere Exercitationis debet esse præceptor sua voce præiens: Comites verò discipuli vestigia doctoris persequentes. μιμηtική verò siue imitandi ratio ita demum rectè suscipictur, si locus quicunq́ ἀξιόλογος excerpatur, & in menbra aptè distribuatur: Vt vel fusius tractari possit, vel ad eundem modum argumentum simile expoliri queat. Exempla crebra suppeditat lectio Demosthenis, Homeri, Euripidis, Lycurgi. Vt, vbi Lycurgus in oratione contra Leocratem ait: Græcos non â seipsis inventum, sed â majoribus vsurpatum jusjurandum ante pugnam ad Platæas jurasse: non incommode illinc Hypothesin excerpet studiosus de vitandâ nouitate, & colendis veterum inuentis, in hunc ferme modum.

Epiſtolarum genera multa quidem ſunt, ſed nullum mihi videtur eſſe vtilius, quàm id, quo quæſtiones de rebus, ſcitu neceſſarijs per literas, quaſi familiari colloquio explicantur. Per id enim nõ ſolum ſermonis copia, quædam paratur, ſed judicium etiam de rebus acuitur. Videmus equidem homines doctiſsimos hoc genere epiſtolarum delectatos fuiſſe. Quàm multæ enim ſunt ſcriptæ â Cicerone ad amicos epiſtolæ, quibus de rebus magni momenti quæritur, atq; diſſeritur? Quot & quàm præclaras epiſtolas noſter Melanchthon ſcripſit, quibus quæſtiones graues explanauit? Vt ſilentio prætercam Budæum, Bembum, Eraſmum, Longolium, Sadoletum, & medicos, Manardum, Geſnerum, Langium, Mundellam & alios multos, quorum epiſtolæ extant magna rerum varietate & copia refertæ. Quod cum ita ſit, placuit

& mihi ad te quęstionem scribere, de quâ inter nos commentemur. Est autem hæc: Vtrum noua nos inuenire in disciplinis, & sermonis etiam facultate possimus: an verò majorum inuenta solum imitari conueniat? Videmus certe multos hoc tempore nouitatis studio quodam teneri, & vsitata repudiare. De quorum studio atque adeò de questione totâ quid sentias rogo ne mihi epistolâ explicare graueris. Vale.

Est præterea modus exercitationis valde vtilis in scribendis Epistolis quibuscunque, tractandis sententijs, quæ gnomæ & χρεία appellantur. item in declamationibus, & alijs methodicis explicationibus. His igitur vti studiosos necesse est, nisi aut temerè propter ignauiam desperent, aut nimis propter cæcum sui ipsorum amorem confidant.

In omni autem exercitatione scribendi & dicendi dent operam studiosi, vt compositè & ornatè loquantur. Nihil est enim quod magis commendet studiosum & virum doctum, quam oratio puris & electis verbis composita, artificioq́ quodam expolita atq́ elaborata. Cum autem nullum orationis genus sit purius atq politius, quàm Ciceronianum atq Cæsarianum: In Græcis verò Demosthenicum, Isocraticum & aliorum Atticorum. Omnibus facultatibus enitendum est, vt inde omnis oratio imitatione quadam effingatur. Ac si quis compositionis artificium minus imitando queat assequi, Illud saltem conetur efficere, vt verbis, phrasibus, sententijsq́ Ciceronis, & aliorum probatorum authorum, quasi quibusdam floribꝰ orationem suam exornet Verbum verò locutionemue insolentem ac turbarum tanquam vitium

quo ad

quo ad eius facere poteſt, vitet.

Nulla eſt in hoc tempore querela grauior in ſcholis quam hæc ipſa de rei tam maximè neceſſariæ incuria. Videas pleroſq́ꝫ, dum ſermonis genus grande & tumidum affectant, orationem edere barbaram, incultam, horridam. Quæ vt ab eruditis & ſapientibus cunctis improbatur, ſic â ſtudioſis eloquentiæ tanquam res tetra & deteſtabilis omni contentione, velis vt ita dicam, remiſq́ꝫ fugienda eſt.

Querela de incuria purè loquendi.

Quemadmodum autem ingenĳ exercitatio diligens capienda eſt: Sic etiam corporis rationem habere decet, vt neq́ꝫ ocio illud corrumpatur, neq́ꝫ contentione animi nimia frangatur, aut ingraueſcat. A ſumto igitur cibo requieſcendum eſt paulum â ſtudĳs, & dandum aliquid valetudini, quæ non minꝰ bonum eſt neceſſarium, quam ipſa eruditio. Suaderem etiam ante cibum corporis ali-

Valetudinis cura in ſtudĳs.

quem motum, nisi tempus illud studiis esset aptum: Sed danda tamen est opera, quo ad eius fieri potest, vt inambulando, vel alio quocunque motu corpus hoc ipso tempore exerceatur.

TERTIVM MEMBRVM. DE FINE ORDINIS IN DISCENDO.

DE ORDINIS vtilitate & fine sic inprimis concionatur Plato in lib. 7. de legib9: πᾶν μὲν οὖν τὸ ἂν τάξεως καὶ νόμου μετέχον γίγνηται, πάντα ἀγαθὰ ἀπεργάζεται: τῶν δὲ ἀτάκτων, ἢ τῶν κακῶν ταχθέντων λύει τὰ πολλὰ τῶν εὖ τεταγμένων ἄλλα ἕτερα.

Quicquid certo quodam ordine continetur, illiusque ductu & auspicio geritur, id non potest non

esse cum maximis bonis conjunctum: Contra vbi vel nullus est ordo, vel malè res sunt constitutæ, non potest non maxima rerum perturbatio inde existere, quæ quidem bonum illum ordinem, omnemque vtilitatem, quæ inde proficiscitur, interturbat. Xenophon vero post longam commendationem ordinis quam ab initio posuimus, tandem in hanc vocem irrumpit: ἔστιν οὐδὲν οὕτως εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. Nihil est tam vtile, tamque pulcrum hominibus quam ordo. Est igitur finis ordinis in discendo proximus, discendi progressio prospera & salutaris: Vt quod animo intendis, assequi atque perficere possis. Defigitur autem atque intenditur discentis animus in eam curam potissimum, vt comparet sibi σύνεσιν καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικήν, intelligentiam & interpretandi facultatem. Thucidides lib. 2.

Intelligentia complectitur rerum, quas nosse hominem doctum oportet, scientiam, cum judicandi copia conjunctam. Parum enim est intelligere, nisi judicare etiam rectè & grauiter de rebus possis. Interpretandi autem facultas commoditatem explicandi sensa animi continet: vt quod didicisti, animoq́ comprehensum habes, id politè etiam, disertè atq perspicuè eloqui, communicareq cum aliȷs possis. Talis facultas non minus necessaria est, quàm ipsa doctrina siue rerum scientia. Non enim est signum scientiæ euidentius, quàm docere posse, hoc est, sensa mentis & consilia verbis explicare. Ad vtramq́ igitur facultatem intelligendi siue sentiendi & judicandi & exprimendi dicendo scribendoq́ sensa omnis ordo in discendo directus esse debet: Et qui hunc finem assequitur, is benè feliciterq́ in studiȷs literarum versatus est.

Vnde

Vnde autem vtraq; hæc facultas intelligendi & eloquendi petenda sit, & quibus medijs ad eam perueniatur, supra demonstratum est. Saltem libet repetere vtilissimum Ciceronis præceptum, quod affirmat, nihil prodesse studium perueniendi aliquô, nisi illud, quod eô, quo tendas fert deducitq;, cognoris. Modo satis sit ordinis bonitatem atq; vsum breuiter perstrinxisse, quorum primus est deductio recta & expedita ad veram eruditionem, quæ in rerum cognitione & bene dicendi facultate sita est. Vt enim Theseus labyrinthum, filo duce, quod Ariadne dederat, euasit: Sic ordinis beneficio penetrare ad sapientiam eloquentiamq; oportet, si neq; eô temerè vagari, & vel nihil vel parum proficere necesse est. Secundô, ordo, vt Cicero ait, memoriæ maximè lumen affert, quod supra quoq; de ediscendi ratione

1. Finis in discendi ordine.

2. Finis.

 decla-

declaratum est. Quæ enim mente complecti volumus, ea in ordinem redigere necesse habemus. Tertiò
3. Finis. quoniam ordine nihil pulcrius: ipsa etiam eius pulcritudo siue species tanquam blanda conciliatricula sese commendat, & ad discendi amorem asiduitatemq́ue allicit.
Epilogus. Quoniam itaque ordo & vocationis diuinæ nos admonet, & viam progressumq́ue omnem in discendo commonstrat, commodaq́ue præterea tot tantaque versantibus in literarum studijs præbet: Dignus sanè omnium studiosorum amore cultuque habendus est. Vtinam verò cum Musis in gratiam redeant aliquando studiosi, & cum authoribus latinis atque Græcis commertium habere cogitent. Quod si fecerint ordinis etiam rationem majorem habebunt. Qui enim cum literis sese delectare student, ordinis etiam rationem tuentur. Qui verò à Musis auersi sunt, ij

nec quo

nec quo ordine, quaue via procedant, attendunt. Quicunq; autem viam qua ingrediendum sit, certam tenent: ij absq; ambagibus, errore & molestia, eò quo contendunt, perueniunt, fructusq; industriæ suæ certos & optatos percipiunt. Qui verò temerè, quò ducit impetus huc & illuc passim vagantur. Sicut sementem faciunt, ita etiam metent, nec verum studiosorum finem vnquam attingent. Ac vt diligens etiam industriusq; fortè eruditionem solidam quam expetit, non consequatur: Conscientia tamen rectæ voluntatis & studiorum suorum se solari per omnẽ vitam potest: Cùm contra ignauus, contemtor mandati diuini, ordinis, & doctrinæ publicæ, etiã spe frustretur ea, quæ sola hominem in miserijs consolari potest. Quocirca & propter diuinum mandatum, & propter communem vtilitatem,

tum

tum ſuum etiam commodum in-cumbant ſtudioſi in eam curã atq; cogitationem, vt & finem ſtudio-rum certum ſibi proponant, & ad eum ordine bono, mediisq; â Deo conſtitutis contendat: quo lætari aliquando fructu laborũ queant, Deo grata dicant & faciant, tum ſuis etiam parentibus cognatis, & Reipublicæ Christianæ commo-dis vtilitatiq; ſeruiant.

Finis ſtudiorũ

Conſilium de inſtituendis locis *communibus verborum, ſeu de colligendis Phraſibus.*

Supra oſtendi commodiſsimum mihi videri, atq; adeo rem eſſe mi-nimi laboris atq; negotii, verborũ ſeu vocum ſingularum ſignificata, vim, Emphaſim, & vſum verum in Lexicis atq; Nizolii obſeruationi-bus notare, ea præſertim, quæ ab illis prætermiſſa ſunt. Quod conſi-lium ſi cuj minus placet, is codicem peculiarem componat, in quo præ-cipua vocabula ſecundum ordinẽ

& ſe-

& seriem alphabeti scribere, & ex quotidiana lectione ἀξιόλογα possit adijcere. Phrasium verò locos communes si quis præter Nizolianas obseruationes requirit, delectum eũ adhibeat, vt eximias duntaxat excerpat, & ad eas exempla quæ frequens suppeditat lectio, aptè referat. Horum locorum series hæc esse poterit secundum genera causarum in Rethorica.

In genere Iudiciali: Accusare, deprecari, jurare, sententiam ferre, damnare, absoluere, dolere, irasci, suspicari, opinari, timere, conqueri, deplorare, lugere, infirmitate corporis teneri, conualescere, mori, imprecari, inuideri, exclamare, reconciliari, vel in gratiam redire, valedicere.

In genere Deliberatiuo, Hortari, suadere, petere, consolari, respondere, offerre studium, polliceri officium, referrè gratiam, gratulari, prodesse, obesse, commendare, honore afficere, &c. In

In genere Demonſtratiuo. Deſcribere rem, regionem, prouinciam, vrbem, &c. Scribere, dare, accipere literas, reſpondere, expectare, commendare, ſiue laudare aut vituperare perſonam, in qua ſpectatur ingenium & indoles, virtus, conſilium, judicium, prudentia, literarum ſcientia, memoria, ſtudium, exercitatio, amicitia, pietas, gratitudo, magnanimitas ſeu fortitudo, modeſtia, temperantia, authoritas, grauitas, diligentia, alacritas, ſexus virilis, ſexus muliebris, ætas puerilis, virilis, juuenilis, ingraueſcens ſiue ſenectus, offi͏cij͏ munꝰ ſeu profeſsio: Doctor, Diſcipulus, Senator, Princeps, Philoſophus, Poëta, Pater familias, Miles, Imperator, induſtria, celeritas, fortuna, patientia ſiue conſtantia, probitas, comitas, integritas, liberalitas, eloquentia, hoſpitalitas, genus, bona, forma, mores, patria, Reſpublica, glo-

ea, gloria, ambitio, gratia, fauor, beatitudo, pax, turpitudo siue dedecus ebrietas, scortatio, sumtus vel impensa. Verum longiorem catalogum, exemplorumq́ copiam quotidianæ nostræ Scholæ seu prælectiones, enarrationesq́ subministrabunt. Hæc in præsentia ὡς ἐν τύπῳ λαβεῖν, tanquam in formula comprehendisse satis sit.

FINIS.

In Officina Typographica, Vrbani Gubisij, Excudebatur.